

---

§. II.

NATURA FACULTATIS ADPE-  
TENTIS.

XV. Voluntas humana ad agendum immediate a stimulis excitatur; universim vero præviis repræsentationibus et sensationibus se conformat.

XVI. Inter varias repræsentationum species fortius ceteris paribus voluntatem alliciunt *sensuales*, intensive *clariores*, *improvise*, *homogeneæ*, *sublime ac insolitum quid continentes*, cum præsentem mentis statum *harmonicæ* aut *pugnantes*.

XVII. Secretos quoque animi sensus ille recludet feliciter, cui *lex adfociationis* repræsentationum fuerit perspecta.

XVIII. At non sola facultas cognoscendi in voluntatem, verum etiam hæc in illam influit; cum *adfectuum* suorum virtute cognitiones non immutat tantum, sed et sæpius impedit. \*

\* Ne